



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 10. In Delphinatu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

quere coactus esset; quidam eius rei causam in frigus aquarum deruant, perperam; reperiuntur enim aquæ iis frigidiores, & tamen innoxiae: satius est ergo ad metalla recurrere, quæ has aquas inficiunt. *Philander in 8. lib. Vitruvij.*

*In Delphinatu.*

HAVD procul Vienna mons altissimus, in cuius vertice stagnum (puteum vulgus appellat) vnde tempestas omnis in his locis ori videtur. Nam in eius montis vertice procreatur nebulosa exhalatio, quæ statim futura tonitrua, aut imbres prænotet. Operata fuit hæc palus, ne quid ex eâ potâ detrimenti pecora caperent.

*Massonus, & Andreas du Chesne.*

Ibidem fons frigiditatis tantæ, vt bibentibus ora intumescant, manus in eo contineri nequeant. Exhaustâ aquâ non minuitur, nec augetur infusa. *Massonus in Rhodano.*

Circa Gratianopolim *Grenoble*, fons similis Epirotico faces extinguit ardentes, accendit extinctas. *S. Augustin. in Civit. Dei.*

Ibidem ad Fontem, quem Ardentem nominant, flamma emicat ex viginosâ terrâ si baculo sculpitur, tunc stramen admoue, accendetur. *Dalecampius in cap. 97. lib. 2. Plini.*

Idem fons eructat sæpè flammarum globos, suis ignibus quidquid admoueris comburentes. *Andreas du Chesne lib. 4. cap. 4. de Vrbibus.*

*In Prouincia.*

IN Valle-Clusâ *Paucleuse*, Fons Orgia nascitur, Plinio Orge, in quo herba nascitur bobus adeò grata, vt eam querant totis immersis capitibus, nec desistant donec suffocentur. Certum est autem illam herbam non nisi imbribus ali. *Boccatus libro de Fontibus, & Plinius lib. 18. cap. 22.*

Pons Auenionensis factus à Pastore duodenni, qui primum lapidem ipse portauit 13. pedes longum, 7. latum. *Historia Francica.*

Craudi Campi (olim Lapidei) *le Crau*, planities tota est obsita lapidibus adeò paruis, vt quilibet non impletat manum, attamen inter illos lapides plurimum herbæ crescit, hicque pecora facile saginantur. *Strabo lib. 4. & Papyrius Massonus.*

In Fano S. Maximini, vulgo *S. Maximin*, seruatur phiala vt